

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus quintus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

rumq; nostrorum cura satis sit dictum: cetera transigere annitamus, donec tibi videaris sufficienter totum proœmium absoluisse. Deniq; post proœmiū leges aggredieris. A. T. H. Cum de dijs deoꝝ sequentibus & parentibus sine uiuentibus sine defunctis satis per exordium dixerimus, ut nunc affirmamus: quod restat, ut tu iubere uideris, in lucem est educendum. C. L. Prorsus quidem. A. T. H. Post illa uero quæ ad animos, quæ ad corpora, quæ ad externa pertinet, quo studio colenda sint cōmuniter differendo, ita determinare oportet, ut & dicentes & audientes disciplinam pro uiribus consequamur. Hac ergo post illa nobis reuera dicenda audiendaq; sunt. C. L. Recte admodum loqueris.

DIALOGVS QVIN- TVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM- LATIONE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



MIRABILIA quotidie fieri uideamus à magne in ferrū, à succino in paleas, à fulguribus in solida, ab ignito sulphure in bombardam, à tota natura uel in motu cæli, uel in artificiosa rerū quæ gignuntur, formatione. Causas quidem ignoramus, neque tamen ob causarū ignorationem negamus effectus fieri, quos uideamus. Mirabilia rursus fieri nonnunquam ab animis nostris in oraculis ceterisque prodigijs testis est non solū omnis historia, sed autoritas etiam Mercurialis & Pythagorica atq; Platonica. Et si stupendorum nostræ mentis operum rationem certam facile oēs asserere non possumus, negare tamen opera uel facta fuisse, uel posse fieri, non debemus. Uidemus ignem quo celo similior est quam cetera elementa, eo mirabilis agere, ut breui ad suam trahat formā, quæ cetera tēpore uix longissimo trahunt, neque mixtionem perpetiatur, & cum uidetur diuidi diuidat, longiusque admodum quam cetera suum protendat effectum, & longissime per lumen agat atque momento. Verū habet hoc à celo, & cælum imagine sui agit, id est lumine, quæ ignis uix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitet cælestia per radios suos tam nobis occultos, quam manifestos ab ipsis uelut imagines profluentes, mouere inferiora semper atque formare? fermè non aliter, quam uultus speculum & speculum cœcaum materiam secam positam è conspectu. Sed age iam in hoc speculo & superos in animam speculemur. Quanto efficacior est ignis ceteris elementis, & igne cælum, tanto efficaciores celo sunt spiritus, qui uel uiuificant, uel mouent cælum, uel uiuificantium et mouentium sunt consortes. Spiritus ergo superiores in nostros utpote cōsortes, imaginum duntaxat suarum influxibus operantur, quemadmodum uultus in speculum: atque agendo in eas formant, similesque efficiunt: usque adeo ut anime sepe tam fermè mirabiliter, quam cælestes soleant, operentur. Quemadmodum uero speculum ad imagines à uultu suscipiendas quinque modis præcipue præparatur: primo quidem natura ritrea, deinde perspicuitate, tertio lenitate, quarto resistentia, quinto positione: sic & anime nostræ ad influxus numinum præparantur. Primo quidem, quod intellectuales nature sunt sicut & illa. Secundo, quando per intellectum, si de illis hærent indubia. Tertio, per uoluntatem amore in illa sese ardentissimo transferunt. Quarto, tota in illis firmiter memoria spectant. Quinto, si corpus habeant, & natura illis accommodatum, & diligentia præparatum, tunc in mentes nostras à superioribus ita labuntur instinctus, ut à fidibus lyre in fides similiter temperatas. Tunc prodigia, somnia, uaticinia, oracula ueniunt. Mitto quod Iamblichus Porphyriusque narrant, oracula quædam per aquam fieri solita, quædam per aerem, quædam uero per ignem: forte quia à demonibus, uel aqueis, uel aereis, uel igneis mittantur. Fortè etiā quoniam locis & temporibus alijs atq; alijs, per occultas causas contigerit mentium humanarum affectus ad superiora conuerti, cōuersosq; inde formari. Profecto nostræ mentes in varia nimium distrahuntur. Verū si quando integra uirtute sua ad certum opus utā

tur, sicut & ignis tota intentione natura comburit, & cælum tota agit influxu, tunc Plato non dubitat mirabiliora à nostris mentibus quam ab igne uel celo, facillime prouentura. Non dubitant & Anaxagoras & Zélosque, nescio qua sorte sepe Platonici. Sed de his in Theologia latius disputamus. Quibus euangelicum illud de fide motes permutatura, maxime confirmatur: confirmantur & plurima quæ Plato in libro superiori & hoc quinto, imò & sequentibus omnibus de oraculis asserit, alio ut non aliter, uel urbis dispositio, uel reip. forma, uel sanctio legum sese habeat, quam per oracula comprobetur. Verū quamuis oracula tria cōmemoret, tamen ceteris insuper uaticinijs quæ ueriora forsitan reperiri possunt, auctoritatem suam ad idem manifestè concedit: Sed iam ad argumentum quinti proprium ueniamus. Cū igitur animus noster speculum sit diuinarum, merito post diuinarum cultum in quarto descriptum, mox in exordio quinti a uim ipsum iubet coli, quasi rem sacram: & qui in superioribus Pythagoræ carmina est imitatus, in presenti quoque animi cultu libenter Pythagoram suum sequitur præcipientem: Post deos maxime omnium reuerere te ipsum. Quanti uero momenti sit eius modi reuerentia ad obseruantiam legum, explicare non possem. Sed facit hæc, ut summam dicam, ut quisquis animi sui quasi numinis conspectum assiduum reueretur, iudicem habeat intra seipsum: ad cuius legem, uel absq; legibus scriptis uitam suam perfectissime dirigat, ac tandem facillè naturalis legis amore faciat, quæ ceteri uix scriptarū legum formidine faciunt. Proinde dum de colendo aio distulnat, oia de officijs præcepta tradit, tum ad seipsum, tum ad alios ad omnesque uirtutes priuatum & publicè pertinentia, quæ discernere quisq; debeat atque ediscere. Post hæc sine imponit exordium legum. Vbi apparet totam de legibus disputationem in tres præcipue partes esse diuisam. Primo quidem in proœmium, ab initio libri primi ad hanc usq; partem quinti productum: Deinde in ipsam legum dispositionem. Et primo in leges ad rempublicam magistratūque potissimum pertinentes. Deinde ad singulas spectantes ciuium actiones. Meminisse uero te arbitror singulas præterea leges, singula habere proœmia. Principio legis purissimos pro uiribus colonos eligit, atque pastoris more puros segregat ab impuris. Lustret quoq; ciuitatem, ac nisi summa cogat necessitas, non inferat uiolentiam. Ad aquæ census pro uiribus, ne alij ditissimi sint, alij uero mendici. Caveat ne quis iniuste diuitias cumulet. Neque luculentissimam conetur ciuitatem reddere, sed iustissimam. Prædicet ueritatem & apud homines, & apud deos esse maxime oium uenerandam. Item in peregrinos hospititatem, in supplices indulgentiam. Moneat unumquemque animam erga seipsum amore falli, atque peruertere solere. Præcipiat, ne quis abundans ipse, patiatur proximū esurire. Collocet urbem si potest in media regione singulas circūspectans comoditates. In duodecim partes urbem diuidat, totamque similiter regionem. Sed cur in partes duodecim? ut intelligas molem tantam tamque laboriosam uniuersis ipsius auxilio indigere, quod est in sphaeras duodecim distributum. Item ciuitatem ad imaginem regni cælestis esse gerendam. Cælestis aut ciuitas in signa duodecim, quasi duodecim tribus, fide distributa. Nec ab re dijs duodecim ciuitatem cōmendat suam, siquidē dijs duodecim, signis cæli duodecim posse dicuntur. Imò uero dijs sex sexq; deo Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venusq; Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Præpone singula singulis: mēbris quidem nostris signa: Signis præterea deos. Arieti quidem & capiti nostro Palladem, Tauro uero & nostræ ceruici Venerem. Geminis & humanis brachijs Apollinem Cancro pectoriq; Mercurium Leoni humerisq; Iouē. Virgini illisq; Cererem. Libræ & natibus, quod honestè dictum sit, Vulcanū. Scorpio & pudibundis Marē. Sagittario femorūq; Dianam. Capricornio et genibus Vestā. Aquario cruribusq; lunonem. Piscibus pedibusque Neptunum. Intelligere per hæc ciuitatem totam non aliter unum ex ciuibus multus, quam unum corpus ex multis membris esse debere. Alia uero numina masculina, alia femmina idcirco dicuntur, ut cognoscas & quæ ad materiam passionisque, et quæ ad formas actionisque pertinent, à superioribus gubernari. Verū cur Plato præcipiam urbis arcem, Vestæ, Ioui, & Palladi consecrat? Intellige in diuinis tres oium fontes existere: Vestam quidem essendi fontē, Iouem uiuendi, Minervam intelligēdi. Atq; in his oibus auxilium à superioribus obseruandum. Vbi uero Plato cōmendat partitionem domiciliorum agrorumque in quinquies mille & quadraginta, ostendit eiusmodi numerum cōmodissimas in se multasque deinceps distributiones partium continere. Quod quidē in & sequentibus paulatim aperietur, et uel medicis arithmetræ potest esse perspicuum. Notabis ubi de cōmuni ciuium uita disserit præceptum de euangelica dilectione & charitate mirandū. Item patriam magis quam matrem esse colendam. Quod uero patriam inquit immortalem deum esse, uel de diuina terreni orbis anima, uel de numine patri & patrono, uel de cælesti patria dictum puta.

AVDIAT



VDIAT iam reliqua, quicumq; pau-
lo ante de dijs charissimisq; genitoribus
audiebat. Cuiusq; n. ai um oim
suarum rerum post deos, cum sit ma-
ximè suus, diuinissimus est. Qua ve-
ro sua sunt, bifariam diuiduntur. Et
potentiora quidem ac meliora domina-
tur, imbecilliora vero deterioraq; seruiunt. Perfecto q; do-
minantur, prae illis q; seruiunt, semper sunt honoranda.
Quapropter merito post dominantes deos eosq; qui illos se-
quuntur, ai um nostrum colendum, secundoq; loco haben-
dum iubeo. Nemo aut, vt breuiter dicam, rectè animū
suum honorat, quāuis videatur. Diuinū. n. bonum est
honor. Malorum aut nihil est honorandum. Quisquis igitur
putat vel sermonibus quibusdā, vel muneribus vel
obsequijs ai um suum posse extolli, si meliorem ipsum ex
deteriore non reddit, quanquam honorare videtur, mini-
mè tamen id facit. Nam statim à pueritia vnusquisque
sufficiētē ad oia cognoscenda se putat, & honorare suū
ai um opinatur laudando, permittendog; sibi quicquid li-
berit agere. Nos aut dicimus cum qui hac agit ai um nō
honorare, sed ledere, quem tamen secundo loco post deos
dicimus honorandū. Sed neq; ille cum honorat, qui pecca-
torū suorū, plurimorumq; & maximorū scelerum, nō
seipsum, sed alios causam ducit. Qui sanè seipsum semper
excusans honorare videtur ai um, longè tamen abest, cū
obst. Neq; et cū prater rōnem laudemq; legumlatoris
Voluptatibus quibus indulget, ai um suum honorat: desij-
cit. n. ipsum, cū malis & poenitentia repleat. Neq; et
tunc honorat, quando labores lege laudatos, metusq; ac
dolores ferendos non suscipit, sed cedit atq; succūbit. Hec
enim agens oia, ai um suum dedecorat. Sed nec quando
hanc vitā summum bonū censet, imò tunc et vituperat.
Nam ai existimati oia apud manes mala esse, protinus
assentitur, neq; resistit, docens ipsum atq; redarguens,
quasi ignoret, vtrum contrā qua apud deos inferos sunt,
oim bonorum nobis maxima sint. Praterea qui virtuti
formam corporis anteposit, ai am vere penitusq; dedeco-
rat. Nempe corpus ai a venerabilius arbitrat. In quo
certè vehementer errat. Nihil. n. terrenū rebū caelestib.
venerabilius est. Et qui de ai aliter sentit, quā mirā-
bilem re negligat, prorsus ignorat. Nec rursus qui pecu-
niam iniuste cupit, aut possidens iniuste, non dolet, mu-
neribus ai um suum exornat, sed ab hoc longissime abest.
Quod. n. venerabile pulchrumq; in ai o est, paruo pro au-
ro prodit, cū totū quod super terrā quodue sub terra est
aurū, virtuti cōpensari digne non possit. Deniq; vt sum-
matim dicam, quicumq; illa q; legislator turpia malaq; pu-
tat esse, oī studio non fugit, nec pro viribus sequitur ea q;
bona & pulchra statuit, non videt in his oibus, quā
turpiter, & absurde diuinissimum ai um suum afficiat.
Maximam. n. secundum iustitiam vltionem malè agen-
di, nemo, vt vno verbo dicam, ai aduertit. Maxima
verò est, vt quis malis hōibus similis efficiatur, factusq;
similis bonos & viros & sermones fugiat: seq; ipsum ab
eis seiciungat, improbis aut adhaereat, & eorum consue-
tudinē amplectatur. Eū verò qui se his immiscuit, neces-
se est eadē pati & agere, q; tales agere & loqui inter se
consueuerunt. Ac passio quidem hmoi iustitia nō est. Iu-
stitia. n. & iustum, honestū est. Vltio verò passio iniusti-

tia sequax: in quam & qui non incidit & qui incidit,
malus miserq; est: ille quoniam non sanatur, hic quoniā
vt multi seruentur, ipse perit. Honor aut est, vt totum si-
mul complectar, meliora sequi, & ex peioribus quicunq;
meliora fieri possunt, ad melius quā optimè reducere.
Homini perfectō nihil ai o aptius & sagacius est ad fu-
giendum malum, ad uestigandū eligendumq; quod est
oim optimum, eiq; per oem vitam firmiter adherendū.
Idcirco illi secundo statutus est honor. Tertium deinde ho-
norem secundum naturam quiuus intelliget corpori conue-
nire. Considerare oportet qui veri honores sint, quiue ad-
ulterati: quorū differentia à legislatore declaranda mihi
videtur. Vtputa honore dignū corpus esse, non quod for-
mosum aut robustum est, aut velox, vel magnū, vel sa-
num, quāuis multis id videatur, neq; quod contrarijs mo-
dis affectum. Nempe qua medium istorum oim habitū
tangunt, ea longè moderatiora tutioraq; censenda sunt.
Altera. n. inflatos & audaces ai os reddunt. Altera
deiectos atq; illiberales. Similiter pecuniarum pradio-
rumq; & census possessio se habet. Excedens. n. & pri-
uatum & in ciuitatibus inimicitias seditionesq; parit.
Deficiens autem vt plurimum seruitutem. Nemo igitur
liberorum gratia pecunijs cumulandis incumbat, vt di-
tissimos eos relinquat. Neq;. n. ipsis, neq; ciuitati id cō-
ducit. Sed censu iuuenum tum adulatione vacuus, tum
rerum necessariarum non indigens, omnium decentissimū
& optimū est. Nam hic nobis ad omnia consonans
accommodatusq;, vitam à doloribus tutam reddit. Liberis
ergo non auri, sed pudoris multum oportet relinquere.
Putamus autem verbis impudentiam iuuenum castigā-
do id nos imperaturos. Sed non ex ea castigatione, qua
iuuenibus incutiunt, dicentes quod adolescentem oporteat
in omnibus verecundum esse. Sapiens itaq; legumlator,
senioribus precipiet potius, vt sint coram iunioribus vere-
cundi, ac summopere caueant nequis iuuenum eos aut vi-
deat, aut audiat agentes turpē aliquid, vel loquentes.
Nam vbi senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes
impudentissimos esse, praestans enim & iuniorum & se-
niorum disciplina est, non verborum increpatio, sed vt q;
increpando quis diceret & monendo, eadem ipse in omni
vita facere videatur. Quisquis praeterea cognationē &
vniuersam sub eisdem penetibus generis communionem
honorat & colit, hos deos merito propitios in liberis pro-
creandis habebit. Amicorum quoq; & sodalium in vi-
ta consuetudine summam benevolentiam consequetur, qui
illorum in se obsequia maiora praestantiora que putabit
quā illi, sua verò in illos beneficia minora quā ipsi
existimabit. Atqui & erga ciuitatem ac ciues optimè
ille se geret, qui omni victoria qua in Olympicis, alijsq;
tam belli quā pacis certaminibus comparatur, illam
gloriam anteponet, quā patrijs legibus ministrando
nanciscitur: atque in hoc ministerio ceteris omnibus per
totam vitam praestare conabitur. Ad peregrinos verò
sanctissima esse fœdera quisque cogitet. Ferme enim o-
mnia peregrinorum & contrā peregrinos peccata pra-
illis qua inter ciues committuntur, vltori deo curae
sunt. Nam cū peregrinus amicis cognatisque ca-
reat, maiorem & apud deos & apud homines meretur
misericordiam. Quare qui magis vlcisci potest, is ad fe-
rendū auxiliū est paratior. potest aut maximè hospitibus
cuiusq;

Tertius ho-
nor corpori
habendus.

Verus &
falsus ani-
mi cultus.

Officia er-
ga patriā.

Erga pere-
grinos.

Erga sup-
plices.

eiusque demon ac deus, hospitalem secuti Iouem. Diligenti igitur cautione cogitandum cuius, cui nonnihil est consilij, ut innocens ab iniuria in peregrinos semper uiuat. Sed oïum tam in peregrinos quam in ciues peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum. Deus enim per quem supplex factus est consecutus, diligentissimus eius est custos. Quare nullus in supplices sceleratus impunis abit. Hactenus officia cuiusque in parentes, seipsum, sua, patriam, amicos, cognatos, peregrinos, atq; colonos pene omnia exposuimus. Qualis uero quisq; quo ad seipsum esse debeat, qui optime uiuere velit, nunc iam exponamus, ut non lex, sed laus & uituperatio singulos docens, refrenet magis, & obtemperantiores ferendis legibus faciat. Atq; hac nobis deinceps dicenda sunt. Veritas profecto tum dijs, tum hoïbus aux oïum est honorum. Cuius qui felix beatusq; futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in ueritate plurimū tempus uitam agat. Fides hic certè est: infidus autē qui sponte mentitur: qui uero non sponte, amens. Quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus: ac procedente tempore cognitus in tantam in odiosa senecta uitæq; termino solitudinem incidit, ut seu uiuant sine decesserint amici ac filij, penè similiter orbam uitam miserè agat. Honor adus certè est qui nihil iniuriatur. Qui uero nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honoradus. Ille enim ubi, hic multis hominibus comparatur, cum principibus ceterorum iniuriam nunciet. Qui autē unā etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest uiscitur, is magnus perfectusq; in ciuitate uir praconio praedicetur. Nam uirtute cunctis excelsit. Eadem quoq; temperantia & prudentia laus est. Et qui alijs bonis abundat, quae in alios quoq; transfundi possunt, si ceteros particeps efficit, tanquam uir summus est honorandus. Qui autem id facere uellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum uero qui sponte nihil boni ceteris conferat, uituperare debemus, nec propter hominem qui malè possideat, rem ipsam uituperare, sed eā pro uiribus adipisci. Certet praeterea apud nos quisq; de uirtute absq; inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suā amplificat, cum ipse quidem contendat, & alios calumnijs non detineat. Inuidus uero dum ceteris derogando putat praestare, & ipse minus rectè ad ueram tendit uirtutem, & concertatores iniusta uituperatione tardiores efficit. Ideoq; uehementè acquirenda uirtutis studium è ciuitate tollens, ipsam pro uirili parte gloriae amplitudine priuat. Oportet praeterea unumquemq; animosum esse, ac maxime mitem. Nam aliorum iniurias quae uel difficile, uel nullo modo sanari possunt, non possumus aliter effugere, quam pugna, defensione, uictoria, & nullius peccati remissione, quod absq; animositate facere nemo potest. In ijs autem iniurijs quae tales sunt ut sanari possint, nosse in primis oportet, nullum iniustum, sponte iniustum esse. Nemo enim unquam maximorum malorum aliquid alicubi uellet habere, multoq; minus in his quae sibi praestantissima sunt. Est autē animus ut diximus reuerentia in omnibus oïum praestantissimus. Quapropter in eo cum maxime sit honorandus, nemo sponte summum accipiet malum, uoletq; per totam uitam id possidere. Porro miserabilis omnino est iniustus omnis, & qui mali quic-

quam habet. Misereri autē decet eorū qui sanabiles sunt, & cohibere iram, ne aduersus eos muliebri iracundia feruore animus efferatur duriusq; insistat. Qui autem ita sunt flagitiosi ut incurabiles sint, eis ira uehementius immitenda. Propterea diximus animosum, id est, generose iracundiae non expertem, ac simul mitem, bonum uirum semper esse debere. Omnium uero maximum quiddam malum in multorum hominum animis est innatū. Cuius quidem, cum facile sibi ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autē hoc quod dicere solent, quod natura sibi quisq; amicus est, rectè est, ita id se habere. Sed reuera nimis in se ipsum amor oïum peccatorum omnibus semper est causa. Occidatur quippe circa amatū qui amat. Quapropter qui se amat, cum se ipsum magis quam ueritatem honorandum putet, quid iustum, bonū, pulchrum sit malè iudicat. Decet sanè eum qui magnus uir futurus est, neq; seipsum, neq; sua diligere, sed iusta semper, siue à seipso, seu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipso delicto accidit oïbus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur. hinc fit, ut quamuis nihil ut ita dicam sciamus, scire tamen oïa arbitremur. Cum uero nec alijs committamus facultatem agendi quae ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare compellimur. Quamobrem nimium sui ipsius amorem fugere quisque debet, & meliores sequi, nullo rubore uerecundia impeditus. Sunt & alia nonnulla, quae & minora his sunt, & saepe dicuntur. Sed cum nihil minus uilia sint, ea quoq; dicenda. Nam commemoratio opus est. Semper enim quasi aliquid effluat, contra aliquid oportet insuere. Recordatio uero est, prudentiae deficientis influxus. Profecto à risu nimio, & lacrymis abstinentum, omnibusq; est ab omnibus praecipuum ut letitia nimia tristitiaq; compressa honesto in habitu se contineant: siue in felicitate quenquam demon cuiusq; sistat, seu per fortuna casus tanquam ad ardua difficultaq; tendentibus operationibus quibusdam demones auersantes insurgant. Sperare semper boni uiri debent, munera quae talibus uiris dare deus solet, sibi non defutura. Ac si qui graues labores inciderint, deum leniores eas facturum, & praesentia in melius commutaturum: bona uero contra omnia unā cum bona fortuna sibi affore. Hac spe singuli uiuant, & tam ioco quam serio, & se & ceteros ad frequentem horum commemorationem sedulo adhortentur. Sed iam quae facere unusquisq; debeat, & qualis esse, quo ad diuina spectat officia, dictum est. Humana uero nondum explanauimus. Dicenda autē sunt. Hoïbus enim non dijs praecipimus. Sunt porro natura maxime humana, voluptates, dolores cupitatesq;. Ex quibus necesse est mortale omne aī al quasi pendere, & maximo quidem cum studio. Laudanda certe honestissima uita est, non solum quia gloria habitum superat, uerumetiam quia si quis uelit gustare, nec inde statim à iuuentute fugere, eo quoq; superat, quod oēs expetimus, ut per totam uitā letemur magis quam doleamus. Quod uero erit ita, si quis rectè gustet, facile ualde patebit. Quo autē pacto rectè id fiat, rōne iam considerandum est, siue ita nobis secundū naturam insit, siue aliter praeter naturam. Uita itaq; ad uitam iucundiorē & molestiorem ita conferre oportet. Voluptatē adesse nobis uolumus. Dolorē uero nec eligimus, neq; uolumus. Medium autē statum pro uoluptate nequaquam uolumus, doloris

De eligēda
uita quae
uoluptatem
& dolorē

doloris tamen loco accipimus. Dolorem etiam minorem maiore cum voluptate volumus. Voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam. Pari autem modo utrunque horum habere nos nolle, possumus declarare. Hac omnia multitudine, magnitudine, intensione, aequalitate, horumque contrariis ad electionem singulorum voluntatemque, et differunt, et non differunt. Cum hac necessario sic se habeant, eam quidem vitam, in qua cum utraque multa, magna, intensaque sunt, voluptates tamen excedunt, volumus. Eam autem in qua contraria, nolumus. Atque eam rursus, in qua licet utraque parua, remissa sunt, molesta tamen superant, nolumus: sed eam in qua contraria, volumus. Si autem equalia sunt, de equali vita ut diximus cogitandum. Volumus. n. quae illo excedunt quod nos diligimus, et nolumus quae contrario superat. Considerare oportet quemadmodum omnes vitae nostrae in his connexae naturaliter sunt, et quas natura velimus. Siquid autem praeter haec velle nos dicimus, ignorantia quadam imperitiarumque vitam id dicimus. Quanam igitur et quot vitae sunt in quibus nosse oportet quod nolumus, quod volendum, quod sponte fieri, quod contra se leant: hisque cognitum legem sibi ipsi praescribere: atque inde quod sibi amicum sit simul et iucundum et optimum pulcherrimumque eligere, ut quis quoad hominem licet beatissime vivat? Temperatam vitam unam esse dicimus: prudentem alteram, tertiam fortem, sanam denique quartam. Et quatuor his aliis contrariis quatuor statuamus, imprudentem, ignavam, intemperatam, egrotantem. Quisquis vitam temperatam recte noverit, mitem in omnibus et moderatam dicit: quaeque dolores quietos, voluptates remissas, molles cupiditates, amores minimè furiosos habeat. Intemperatam vero in omnibus acrem, quae doloribus vehementibus et vehementibus voluptatibus, cupiditatibus ardentibus furiosisque et insanis mirum in modum amoribus agitetur. Sed superant in vita quidem temperata voluptates, dolores autem superantur. In vita intemperata contra voluptates a doloribus superantur, magnitudine, multitudine, atque frequentia. Quo fit ut necessario altera nobis secundum naturam vita iucundior sit, altera tristior, et volentem iucunde vivere, sponte intemperanterque vivere non permittat. constat. n. si quod nunc dictum est, recte est dictum, quod necesse sit intemperatum omnem praeter sententiam esse talem. Quippe vel per ignorantiam, vel incontinentiam, vel utranque omnium humana turba expertis temperantiae vivit. Similiter de sana et egrotante vita est cogitandum: quod et dolores et voluptates habeant, sed in sanitate voluptates excedant, in egrotatione dolores. Nostra vero voluntas in deligendo genere vitae, non est ut dolor superet. Vbi autem superatur, eam vitam iucundiorem iudicavimus. Temperatus igitur intemperato, prudens imprudente, fortis ignavo, utraque pauciora, minora, rarioraeque habet, et alter voluptatibus, alter doloribus superat, ita ut fortis ignavum, prudens amentem temperatus petulantem, sanus egrotantem voluptate superet. Vtque in summam redigantur, quae vita virtutis corpore aut animo particeps est, ea est iucundior altera, et pulchritudine, rectitudine, potentia et gloria praestat: ita ut qui in ea constitutus est, feliciter contrario in omnibus vivat. Verum exordium legum iam sine accipiat. Post exordium, leges sequi necesse est. Imò vero lo-

ges deinceps reipublicae reuera conscribendae sunt. Quae admodum igitur quacunque texuntur, non ex similibus omnino trama stamineque texuntur, sed staminis genus robustius atque firmitus est, trama mollius ut facilis cedat: ita homines qui magistratus gesturi in civitate sunt, eodem modo discerni semper oportet, eos qui in leuiori quadam facultate experimentum sui dederunt. Duae vero sunt in republica species. Altera magistratum, altera legum constitutio. Ante vero haec omnia ita cogitandum est. Cum pastor atque bubulcus, equorumque curator, ceterisque huiusmodi, greges et armenta susceperint, non antea curant, quam singulis convenientem purgationem adhibeant. porro sanis ab egrotantibus, generosisque ab ignavis segregatis, altera in greges alios mittent, altera vero curabunt, non ignorantes aliter frustra se tam pro corpore quam pro anima laboraturos. Nempe natura et educationis prauitas ita corrumpit, ut nisi quis segreget sanorum integrorumque morum ac corporum genus, in singulis contagione interimant. Sed de ceteris quidem animalibus minor cura, et exempli causa solum eorum mentio facienda. De hominibus vero maximum studium legislator habebit, ac diligenter rimabitur omnia, ut singulis consentanea scribere queat, cum de lustratione, tum de ceteris omnibus actionibus. Sic igitur civitatis lustrationes se habent. Multae enim sunt, et aliae leuiiores, grauiiores aliae. Ac si quis tyrannus simul legum lator sit, difficilibus et optimis lustrationibus uti poterit. Leges autem latore absque tyrannide, qui leges novas atque rempublicae fundet, satis erit factum, si purgationem mitissimam adhibuerit. Nam exactissima purificatio, quemadmodum medicina quae validior corporibus adhibetur, doloris plena est, et cum ultione iusta poenam infert, morte peccantem aut exilio damnans. Eos enim qui maxima peccata patrarunt, si insanabiles sint, quonia civitati maxime noceant, remouere omnino solet. At tior vero purgatio hominibus nobis est. Qui enim ob inopiam victus duces quarunt, hisque sponte se offerunt secuturi exegestate aduersus eos qui non egent, hos tanquam morbum, qui civitatem labefactet, honesto colonia nomine benignè expellit. Hac omni legumlatore quodammodo a principio, ut diximus, faciendae. Nobis autem difficiliora quadam in praesentia euenerunt. Nam neque coloniam neque delectum aliquem purgandi gratia ad praesens excogitare oportet, sed quasi ex multis fontibus torretibusque aqua ad lacunas easdem confluat, necesse est obseruare, ut qui undique confluit humor, partim exhauriendo effundendosque, partim deriuando atque diuertendo quam mundissimus sit. Labor autem, ut videtur, et periculum est in omni constitutione civili. Quoniam vero non re nunc, sed verbis agitur, perfectus iam nobis sit delectus, sitque ut desideramus facta purgatio. Nam malos qui hanc civitatem adire gubernaturi contendunt, cum satis longo tempore examinauerimus, omni persuasione accedere prohibebimus, probos autem pro viribus beneuolos propitiosque facientes alliciemus. Sed neque latere nos debet, quam feliciter nobiscum actum sit. Quippe quemadmodum Heraclidarum coloniam, felicem fuisse diximus, quoniam diuidendorum agrorum in nouandarumque tabularum graue et periculosam contentionem effugit, quam quidem rem veterum ciuitas leges ferre coacta, neque praemittere potest omnino, neque mouere quodammodo, ita

De vita temperata et intemperata.

De vita temperata et intemperata.

Quod ut genus deligitur.

De vita temperata et intemperata.

De vita temperata et intemperata.

De vita temperata et intemperata.

fermè & nobis accidisse videtur. Solum ergo, ut ita dicam, restat votum, paruaq; mutatio cauta, parum lo-
go in tempore transmutantibus. Est autè hac, ut in his
mutationibus faciendis, nam cum debitoribus multis mul-
tos quoq; agros cines possideant, velintq; humaniter cum
egens communicare, partim mittendo, partim accipiendo,
colentes mediocritatem, existimantesq; paupertatem non
in diminutione pecuniarum, sed in acquirendi insatiabili
cupiditate consistere. Hoc enim civitati maximum est sa-
lutis initium, super quo quasi stabili fundamento, ad-
ficare postea quicquid civitati decorum & huic constitu-
tioni congruam sit, facile quisq; poterit. Sed si fundamè-
tum hoc debile ruinosumq; fuerit, nulla civilis opera pro-
spere deinde succedet. Itaq; nos id fugientes, imò verò
verbis quo pacto fugiendum sit ostendentes, dicimus nul-
lam esse aliam aut latam aut angustam fugiendi viam,
nisi ut colamus iustitiam, neq; acquirendi cupiditatem
sequamur. Atq; hoc iam nobis quasi quoddam civitatis
sustentaculum, & praesidium sit fundatum. Cursus n.
quos sibi cines parauerit, careant quodammodo crimine
oportet, vel ulterius in acquirendo progredi. Vtò desi-
stant, quibus iniucem vetera crimina habentur, quiq; vel
paulum mentis compotes sint. Illi autè quibus deus dedit
quemadmodum et nobis noua civitatis constitutionem, in
qua nullæ inimicitia sunt, si propter habitationum agro-
rumq; distributionem inimicitiarum sibi causas dederint
non humana cuiusdam, sed pessima ignorantia crimine
notabuntur. Quis erit igitur recte distributionis modus?
Primum quidem, quantum esse oporteat numerum, con-
stituendum censeo. Deinde asserendum, per quot qua-
lesq; partes distributio sit civibus facienda: postremo a-
gros habitationesq; ipsas equaliter quam maxime diui-
dendum. Quanta autem multitudo sufficiens sit, non ali-
ter recte dicitur quam agrorum vicinarumq; civitatum
collatione. Ager quidem tantus sit, ut tot moderatis ho-
minibus sufficiat, neq; maiori opus. Tot verò esse debet,
ut iniuriantes vicinos possint depellere, & iniuriam pa-
tientibus auxiliari. His inspectis, & agrum & vicin-
os & re & verbis definiemus. Nunc verò exempli de-
scriptionisq; causa, ut res ipsa perficiatur, ad ferendam
legem sermo descendat. Quinque mille & quadragin-
ta sint ob comoditatem numeri huius agricola, quiq; pro
finibus depugnent. Ager autè & habitationes similiter
in partes easdem distribuantur, ut vir & portio distri-
butione conveniant. Et in primis duas in partes totius
numeri partitio fiat, deinde in tres, licet & in quattuor,
& in quinque, & usque ad decem deinceps. Oportet cer-
te omnem legislatorem tantum de numeris intelligere,
ut quis qualisq; numerus singulis civitatibus comodissi-
mus sit, non ignoret. Dicamus autem eum numerum
aptiorem esse, qui plurimas & praesertim deinceps ordi-
ne dispositas in seipso distributiones recipit. Neq; enim om-
nis numerus omnes in omnia sectiones habet. Sed quin-
quies milium & quadraginta numerus, & ad bellum,
& ad pacem, ad contraria omnia, societates, tributa.
distributiones, non in plures quam unam de sexaginta
partes incidi potest. Ab una autem ad decem usque con-
tinuas. Verum per ocium hac illis solida percipienda. Quis
bus lege res ista comissa sit. Atque hac non aliter quam
ita se habent. Dicenda hac sunt huius rei gratia illi qui

De diuiden-
dis agris, et
de numero
partium.

De numero
apto ad plu-
rimas distri-
butiones, qui
est qui quies
mille et qua-
draginta.

civitatem condit. Nempè siue ab initio nouam fundet,
seu veterem dissipat amq; restituat, circa deos & sacra
quacumque singulis in ciuitate constitui decet, & a qui-
buscunq; dijs vel demonibus nominari, nemo mentis com-
pos innouare illa conabitur, siue ex Delphis aut Dodone
aut Hamone accepta sunt, vel prisca quadam fama per ui-
siones inspirationesq; deorū sunt asserta: quibus approba-
tis veteres sacra solent atibus mixta constituerint, siue
ab indigenis orta, siue Tyrrhena dicatur, siue Cypria, si-
ue Vndecunq; Volueris: & his sermonibus famam tradi-
tā simulacraq; consecrarint: aras quoq; et templa, sacrosq;
horū singulis lucos statuerint. In his oibus nec minimū
quid legum coditor innouabit, sed deū partibus singulis
vel demonē vel heroem aliquem tribuet. Et in agrorum
distributione primis lucos agrosq; eximios & concentra-
nea omnia dedicabit, ut singularum partium ceteris sta-
tutis facti temporibus, & facultatē sui facilius ad quos
libet usus exhibeant, & sacrificando alter alterum be-
nigne accipiant: unde & domestici fiant iniucem, seq;
cognoscant. Quo quidem nihil civitati melius, quam ut
delicet ut cines iniucem, seq; cognoscant. Vbi nō lux
inter cines est in corū moribus, sed tenebra, ibi nec ho-
nores pro dignitate, neque magistratus recte dabuntur,
neque ius suum cuique tribui poterit. Nihil est autē, si
vnu vni conferas, in quo manus studium in oibus ciuita-
tibus ponere quisq; debeat, quam in hoc, ut nec ipse adul-
terinus esse vnaq; videatur, simplex semper ac verus,
nec alius ipsam talis fraudet. Verū iustus qui modo se-
quitur in ipsa legū positione, sicut in resseru, ut prouer-
biū habet, a sacro, cum insolitus sit, forte primum mi-
rari auditorē faciet. Cogitanti tamen atque experto vi-
debitur, secundo loco optime sic ciuitas institui. Fortasse
quispiā ipsam non suscipiet, quia legislator more tyran-
nico in ferendis legibus non utatur. Recte sane agatur,
si optima respublica & secunda & tertia proponatur,
deturq; optio cuiq; arbitrato suo quamlibet electuro. Id
nunc similiter nos agamus. Et cum primam virtute temp-
secundamq; & tertiam exposuerimus, climæ optione de-
mus, et cuiq; volenti hac suo more deligere, partiq; sua
quod sibi placet, tribuere. Prima igitur ciuitas est resp-
legesq; optima, vbi quam maxime per vniuersam ciuita-
tem priscum illud prouerbiū locum habet, quo fertur
uere, amicorum omnia esse cōmunia. Certè in hoc praci-
pue virtutis erit terminus, quo nullus poni rector pote-
rit, si alicubi videlicet aut fit istud, aut unquam fiet,
ut cōmunes mulieres sint, cōes & liberi, cōmunis quoq;
omnis pecunia, omniq; studio quod proprium dicitur, un-
dique e vita remotum sit: usque adeo ut ea etiam qua pro-
pria singulis natura sunt, cōmunia quodammodo fiat,
ut & oculi & aures & manus cōmunem in usum cer-
nere, audire, agere videatur, laudentq; & uituperent
eadē similiter oes, eisdem rebus gaudentes eisdemq; dolen-
tes, ac deniq; pro viribus sub his legibus uiuant, que unā
quam maxime ciuitatem efficiunt. Talem utiq; ciuita-
tem siue dii alicubi, siue deorū filij unā plures habitent,
ita uiuentes eamq; seruantes, omni certe referti gaudio ui-
uunt. Quapropter reipub, exemplar non alibi considera-
re oportet, sed hac inspecta, talem maxime pro viribus
querere. Ea uerò quam hic nos aggressi sumus, si fiat,
proximè quodammodo ad immortalitatem accedet
ac si

Prima ciui-
tas et resp-
vbi amicos
rum omnia
communia.

ac si non primo, saltem secundo loco erit. Sed de tertia postea, si voluerit deus, determinabimus. Nunc vero quae nam hac sit, & quo pacto talis fiat, consideremus. Primum igitur domos agrosq; sortiantur, nec agros communiter colant. Nam maius hoc est, quam hac generatio nutritioq; & educatio ferre possit. Sed hac mente ita distribuant, ut putent singuli sortem suam toti civitati esse communem. Quippe cum ea regio patria sit, magis eam colere debent, quam filij matrem. Hac enim cum dea sit, domina mortalium est. Idem quoque de indigenis tam dijs quam daemionibus est censendum. Sed ut hac sic omne per tempus durent, danda opera est, ut quot nunc foci numero distributi sunt, totidem semper futuri sint, neq; plures unquam, neq; pauciores. Quod ita firmiter in omni civitate fiet, si sortem nactus quisq; semper unum de filiis suis tantum, quem malit, domus ipsius heredem relinquat & successorem, cultoremq; deorum & civitatis et generis tam viventium quam defunctorum: ex reliquis aut filijs si plures una sibi nati sunt, faeminas quidem secundum legem quae sancietur, collocet: mares autem civibus illis, quibus filij non sunt, adoptione committat, maxime quidem per gratiam. Si vero gratia quosdam deficiant, aut si plures vel mares vel faemina singulis nascantur, aut contra si pauciores, cum mulieres forte secunda non fuerint, de omnibus istis maximus praestantissimusq; magistratus quid fieri oporteat, diligenter consideret: viamq; omnino inueniat, siue abundet filiorum faetura siue deficiat, ut quinquies mille & quadraginta habitatione solummodo semper maneat. Multa autem sunt via, nam & prohiberi procreatio, cum nimis affluit, potest, & contra cum opus est, ut augeatur, curari: ac vel honore vel dedecore, monitionibusq; senum ad iuvenes, licet ad eam homines adhortari. Deniq; hinc omnis defectus oritur & inopia, cum quinq; milium & quadraginta domorum numerus non servatur. Quod si ob nimium in procreandis liberis studium sic aucta sit civitas, ut numeri modum excedat, atq; ita inopia rerum premarur, vetus illud repetatur consilium, quod sepe iam dictum est, ut colonia mittatur chara à charis, quo commodius agi posse videbitur. Si vero contra morborum lues bellorumve calamitas veluti quadam illusionem ita deaustauerit civitatem, ut multo pauciores statuto numero superstites sint, spote quidem alicubi civis adulterina educati disciplina suscipiendi non sunt. Necessitatem autem nec deus, ut dicitur, violabit. praesentem igitur orationem existimemus hunc in modum nostrorum auribus insonare. O virorum omnium optimi, similitudinem & aequalitatem, quodue idem est & consentiens, honorate secundum naturam: neq; id unquam transgrediamini, siue secundum numerum, siue secundum potentiam, bonarum rerum atq; pulchrarum. Et nunc quidem in primis per omnem vitam numerum quem praediximus servate. Deinde rursus modum quem ab initio mediocrem sortiti estis, ne contemptis, emendo in vicem et uendendo. Alioquin neq; deus ipse distributor, neq; legis conditor vobis fauebit. Nunc n. primum refra gantibus lex praecipit hoc praedicens, ut si arvideat sortiantur, sin minus, discedant. perinde ac si regio ipsa in primis, dijs omnibus sit sacra, deinde sacer dotes oēs tam mulieres quam viri pcurari sint, primis in sacris secundisq; et tertijs, ut et emptor et venditor domiciliorum et praediorum

qua sortiti sunt, qua in his perpeti convenit, patiantur. Scribent aut in sacris ad posteritatis instructionem cupressa monumenta, praeterea ut ista serventur, eorum custodiam magistratui illi committent, qui acutissime videtur inspicere ne lateat eos, si qua forte praeter rationem haec commercia fiant, sed quicumq; legi ac deo non obtemperat puniatur. Atqui quantum bonum sit quod modo praecipitur si quo deinde ostendemus fiat, quantumq; proficit obsequentiis civitatibus, secundum antiquum proverbium, nullus unquam praeus intelliget, sed expertus duntaxat et aequis in moribus educatus. Quaevis in hac civitate non multus, neq; n. oportet in ea, neq; licet illiberali quastui quinquam incumbere, neque mechanicum illud & in fame quaerere lucrum, quod mores generosos inquinat, neque existimare vilo pacto vilibus ex rebus & turpibus pecunias cumulandas. Accedit ad haec & alia lex, qua iubet ne quis priuatus vel aurum habeat vel argentum. Sed quia nummis opus est quotidiana commutatio nis gratia, qua inter artifices & huiusmodi ferme est necessaria, cum mercenarijs & seruis & colonis merces aliqua debeatur, idcirco nummos habere concedimus tales, ut apud eos quidem habeantur in precio, à cateris vero gentibus contemnantur. At vero cum & bella saepe gerenda sint, & peregre proficiscendum, quando ad externas gentes legati nuncijq; mittuntur, necesse est ut civitas semper comunem Gratia monetam possideat. Siqua vero necessitas priuatum peregre proficisci coegerit, magistratum venia proficiscatur. Reuersus aut, si peregrinis nummis abundat, cum civitatis nummis eos commutet, civitatisq; restituat. Quod si quis occultare eos, & in priuatum usum conuertere deprehensus fuerit, publicum fiat quod occultabat. Conscij aut qui non accusauerunt, maledictis atq; opprobrijs una cum illo subiciantur, atq; et non minore multa puniatur, quam allatus peregre nummus fuerit. Nemini praeterea aut dare dotes aut accipere liceat, neq; pecuniam deponere apud eum cui non adhibet fidem, neq; facerare: liceatq; si quis in faenus acceperit, nec usura nec sorte reddere. Hac aut civitati optima esse, sic recte quispiam iudicabit, si ad praecipuam ipsam recti legum latoris semper referat voluntatem. Nam viri civilis mentem habentis non ea voluntas est ut nos asserimus, quam in legum latore optimo esse debere multi affirmant, ut quam maximam & ditissimam esse velit civitatem, auro & argento refertam, ac terra marisq; plurimum dominantem, quibus addunt, ut quam optimam et ac felicissimam esse velit, si recte leges laturus est. Sed horum quidem alia fieri possunt, alia minime. possibilia igitur uolet fundator legum, impossibilia nec uolet, nam vana esset cupiditas, neq; aggredietur. Felices ergo et probos esse, q; simul necessario ferme fieri solet, uolet quidem. Diuites autem valde simulq; probos esse impossibile. Dico autem diuites, ut multi existimant, asserentes eos esse diuites, qui pauci è multis pecuniis plurimas possident, quas et posset malus quilibet possidere. Quod si ita est, nunquam ego his concedam, diuitem reuera esse felice, nisi etiam bonus sit. fieri vero non potest ut diuitijs aliquis simul praestet & probitate. Cur ita? forte quispiam dixerit. Quia, dicemus, acquisitio tam iniuste quam iuste facta, plus quam duplo eam superat, qua solummodo iuste fit. Et impendia qua nec honeste nec turpiter impenduntur, duplo minora sunt illis qua

Secunda ueritas & reprob. ut oia patrie sint communi.

Proverbiū.

De quastu.

De auro habendo et nummis.

De dote & fenore.

Proverbiū.

qua honesta sunt, honeste impenduntur. Nunquam igitur illo qui duplo plus acquirit et dimidio minus erogatur, ditior is erit qui contra facit. Est autem alter istorum probus, alter non malus quidem, quando duntaxat parcus est, nonnunquam vero malus omnino, bonus autem ut modo diximus nunquam. Nam qui et iuste pariter et iniuste pecunias cumulat, neque iuste impendit neque iniuste, dives fit quando est parcus. Sed qui omnino malus, quoniam ut plurimum nepos et prodigus est, valde pauper fit. At qui honeste expendit, et iuste solum acquirit, neque facile divitijs excelsit unquam, neque premetur inopia. Recte itaque sermo noster asserit, valde divites, bonos viros non esse. quod si boni non sunt, felices quoque non erunt. Nobis autem legum huc sanctio respicit, ut felicissimi civis sint, ac maxime inter se amici. Qui sane amici nunquam erunt, si mutuis iniurijs vexati plurimis litigando viri cogantur iudicij, sed si quam minima hac sint atque paucissima. Quapropter oportere dicimus nec aurum nec argentum esse in civitate, neque questum insuper multum in mechanicis operibus cautionibusque et scenore, nec ex peccatis turpiter, sed ab his quae agricultura offert ac praebet, atque hoc ita, ut questus non cogat ea negligere, quorum causa quaruntur pecunia: haec vero anima et corpus sunt, quae absque gymnastica, et alia disciplina nullius praecij unquam erunt. Quare pecuniarum cura, ut saepius iam dictum est, ultimum honoris teneat locum. Quippe cum tria sint omnia in quibus homines studium ponunt, ultimum ac tertium est, si recte habeatur, pecuniae studium, medium corporis, animi primum. At qui haec ipsa, quam nunc condimus republica si honores et aedificia, recte disponitur. Si qua autem lex, aut temperantia sanitatem corporis, aut sanitati et temperantia divitias anteponit, non recte posita esse videtur. Saepius itaque que legislator protestari debet, quid ipse velit quid si cogit, bene succedet. Sin minus, instituti sui spes eum frustrabitur. Atque ita forsitan et ipse a ferendarum legum onere sese et ceteros vindicabit, aliter nullo modo. Qui ergo partem suam sortitus est, eam qua diximus conditione possideat, probe autem fieret, si cetera omnia quae veniunt in coloniam, equaliter possiderent. Cum autem id fieri id non possit, sed alius veniens plus habeat pecuniae, alius minus, multorum et aequalitatis in civitate temporum opportunitatumque causa, opus est ut inaequales in ea census constituantur, ut magistratus, vectigalia, distributionesque secundum dignitatem singuli, non solum suae maiorumque virtutis aut forma aut virium corporis, verum etiam secundum divitiarum et paupertatis usum quoad fieri potest equaliter, videlicet inaequali quidem portione, sed facile coequabili accipientes, nequaquam contendat. Horum causa quattuor magnitudine differentes bonorum census fieri oportet: Primos, Secundos, Tercios, et Quartos, aut quibusvis alijs nominibus appellatos, ut alij eodem in casu permaneant, alijs ditiores pauperiore sue facti, in censum sibi convenientem transcant. Ad haec legis figuram, quae sequitur, ego ponam: Neque oportere dicimus, ut in civitate quae summi morbi experta futura sit, quod disidium aut seditionem relictus appellatum, nec extrema in aliquibus civium inopia sit, nec ingentes divitiae. Nam utraque illa ab utrisque his paritur, Quare oportet ut a legislatore utriusque terminus statuatur. Sit itaque paupertatis terminus, census sortis, quam stabilem esse oportet, quamque minorem alicui esse nec magistratus ullus patitur, nec alius quisquam, cui cura sit virtus. Cum legislator huius mensuram suam praescripserit, duplum ad hanc et triplum et quadruplum haberi permittet. Plura vero si quis habeat sine reperta, seu donata, sine quaestu parta, seu quavis alia fortuna huiusmodi comparata, si omne quod superest civitati et dijs civitatis tutoribus dederit, indens et laudabilis sit. Sin autem legi non obtemperaverit, quisquis hoc detulerit, dimidium consequatur. Ille autem aequali suorum bonorum parte mulctetur. Quaecumque vero possident ultra sortem, apud magistratum horum custodem a lege constitutum, aperte scribantur, ut omnia de pecunijs iudicia facilia sint, et valde clara. Post haec urbs primum in medio regionis quoad fieri potest condatur, in loco qui cetera quoque civitatis habeat commoda: quae nec intellectu nec dictu difficilia sunt. Deinde in partes duodecim partitio fiat. Ut vestra prima Iovis et Palladi consecretur, eaque arx, circulo circumducto, a quo et regionem et urbis partes duodecim partiantur, quae quidem ita aequales fiant, ut agri fecundi minores sint, infecundi maiores. Sortes vero quinquies mille et quadraginta scindantur, quarum bipertito qualiter dividatur. Consorti quoque oportet portiones duas, quarum utraque remotioris et propinquioris sit particeps, ita ut pars urbi proxima cum remotissima parte sortis una fiat, secundum quoque ab urbe cum secunda a remotissima, ceteraque omnia eodem pacto. Danda etiam opera est, ut in geminis his partitionibus, quod modo de fecunditate regionis et infecunditate diximus, peragatur, ut videlicet in eius multitudine, et paucitate distributionis aequatio fiat. Quinetiam dividere in partes duodecim vicos oportet, quemadmodum et cetera bona, omnium prorsus aequalitate servata, omniaque describere. Deinde duodecim sortes, dijs duodecim attribuire, partem quamlibet sortis participem suo consecrare deo, tribumque ipsam vocare. Sed et duodecim urbis membra, sicut in reliqua regione factum est, sigillatim in habitationes duas dividenda sunt, una quidem circa medium, circa extremum alteram. Et habitationis quidem ordo hunc habeat finem. Illud autem cogitare omnino debemus, quod ea quae diximus, nunquam talem opportunitatem nata, et a ita concurrerent, ut quemadmodum descripta sunt fiant, et viri habitationem huiusmodi non ferant moleste: sed aequo animo patiantur: pecuniasque habere velint per totam vitam, ut statuimus. Mediocres filiorum praeterea generationes ita singulis sint ut diximus, ac auro et argento careant, et ceteris omnibus quae legislator ex supra dictis dicturus esse videtur: ad haec regionis et urbis in medio et in extremis sicut ordinavimus ubique habitationes: quae quidem omnia quasi somnia quaedam dicuntur, civesque per haec et civitas quasi ex cera formantur. Haec utique modo quodam non male opponuntur: sed ea quoque narranda, quae legislator adversus diceret. Ne fugere me existimeis, quod modo dictum est, vere quodammodo dici. Sed par est, ut arbitror, in singulis, is qui exemplar proponat ad cuius similitudinem opus fieri debeat, nihil omnino praetereat, quod ad verissimam eius consuevit pulchritudinem. Si quis autem ex his nonnulla imitando assequi nequit,

Valde divites bonos non esse.

Tria in quibus homines studium ponunt, bona animi, bona corporis, et pecunia.

De situ urbis.

Divisio agrorum.

nequit, quae supra vires sunt praetermittat: & quod his proximum est, eorumque quae fieri conuenit cognatissimum, omni studio prosequatur, permittatque legulatorem voluntati suae finem imponere. Quo facto communiter cum illo consideret quid ex dictis conferat, quidue ferendis legibus aduersetur. Nam opus undique sibi ipsi consentiens, artifex omnis ubique agere debet, etiam in re minima, si modo sit laudem consecuturus. Nunc iam post duodecim partium distributionem animaduertendum est, quod cum duodecim partes haec plurimas in se portiones, portionibusque connexa & orientia ex connexu habeant usque ad quingula & quadraginta, unde & tribus & gentes & vicos habent, ad rem bellicam ordines atque ductus, nummos praeterea & mensuras siccorum atque humidorum & pondera similiter, haec omnia commensurata, & consona inter se a legislatore ordinari debent. Præterea timenda non est pusillanimitatis opinio, quasi parua nimium considerentur, si quis iubet ut vasa & suppellectilia ciuium omnia mensuram habeant suam, nullumque sine certa mensura possideatur: & communi rationi censeat ad omnia per vitales esse numerorum partitiones varietatesque, secundum quas & ipsi inter se ipsos varij sunt, & in longitudine & profunditate ac vocibus varietatem accipiunt: in motibus quoque tam recto motu ascendendo vel descendendo, quam circuitu. Ad haec omnia ita respicere debet legislator, ut ciuibus omnibus praecipiat, ne ab huiusmodi numerorum ordine quoad possunt, disceant. Nulla enim alia vna pueritiae disciplina, ad rei familiaris gubernationem, ad rempublicam, ad artes denique vniuersas tantam habet vim, quantum huiusmodi numerorum cognitio: quodque maximum est, somnolentos etiam, et natura rudes exciuit: & dociles, memores solertesque facit, præter naturam suam diuina arte proficientes. Quae quidem omnia, si modo legibus alijs atque officijs illiberalitas & auaritia eorum animis extirpata sit, qui ea sufficienter & vtiliter susceperunt, bona rudimenta, & commoda sunt. Sin minus, malitia hinc potius quam sapientia clamorinam trahet: quod Aegyptijs & Phœnicibus multumque alijs gentibus nunc videmus contingere, propter ceterarum artium facultatumque illiberalitatem: siue quis rudis legum lator id fecerit, siue fortuna infensa, siue alia huiusmodi quaedam natura. nec enim illud, o Clinia, & Megille nos fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliores peioresque homines differentiam: quibus diuersa prout expedit legibus sancienda sunt. Quippe alij varietate uentorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas: alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. Maxime autem loca regionis differunt, in quibus inspiratio quaedam diuina est, & quae demones sortiti sunt: qui habitantes, propitij, vel contra suscipiunt. Quibus pro humano ingenio consideratis, mentis compos legum conditor, se ad leges ferendas conuertet. Quod & tibi est, o Clinia, faciendum. Prius enim haec tibi animaduertenda sunt, quam habitari facias regionem. c. r. Egregie, o Atheniensis hospes, haec abs te dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

DIALOGVS SEX

TVS DE LEGIBVS,
VEL, DE LEGVMLATIONE.MARSILII FICINI
ARGVMENT.

RIA sunt genera causarum, quibus diuersa diuersis in locis hominum ingenia sunt. Quae quidem tria genera Plato in superioris libri sine breuiter comprehendit. Ego vero operis ære arbitror, hac ipsa materia quasi quodam modo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in loco discriminis ad

meliores deterioresque homines generandos. Causa verò sit vel humana, vel naturalis, vel diuina. Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis autem, elementorum alimentorumque diuersitas. Diuina verò, ut caelum quoque diuinum vocem, siderum numinumque potestas. Siquidem Plato indicat quemadmodum angelis: sic alias terrae plagas, alijs quoque demonibus, inferioribusque angelis gubernari. Accedit ad haec astronomorum sententia, et plagas terrae caeli plagis, & vrbes ascendentes signis accommodans. Mitto in praesentia quantum ingeniorum discrimen afferat familiarium cuiusque hominis varietas demonum. Quod autem spirituum superiorum vires, nostris quomodocumque id fiat, spiritibus influat, negare non possumus, quando manifestè videmus corpora nostra corporibus superioribus agitari: assidueque ab aere aliter permutari. Quod si spiritus illi in nostros agunt spiritus, agunt insuper & in corpora. Passio verò corporum humanorum, siue a spiritibus illis, siue a corporibus superioribus inferatur, eatenus redundat in anima, quatenus tam comparato, quam naturali affectu animus sese mergit in corpus. Verum hoc interest, quod corpora illa per corpora nostra mouent animas: spiritus autem tum animas per corpora mouent, tum per animas, tum etiam per illum spiritum, quem physici saepe nodum animae inuicem corporisque cognominant. Memento verò vim omnem atque motum a superioribus in nos descendente, semper ad bonum suapte natura conducere: quandoquidem & caelestes influxus, semper ad bonum. Sed neque tu hic vel rigidiorum hominum tristitiam & parsimoniam reicias in Saturnum: vel temeritatem ferocitatemque in Martem: vel fraudulentam malitiam in Mercurium, vel lasciuos amores in Venerem. Quid verò, si Saturni grauitas in nobis complexionis naturae, nutritionisque & educationis vitio, in simile quiddam grauitati vitium conuertatur: similiter magnanimitas Martia in audaciam magnanimitati quodammodo similem, Mercurialis industria similiter in malitiam, Venerica charitas in libidinem: Nonne sub solis radijs, qui natura sua ad videndum conferunt & viuendum quotidie accidunt alios visum, alios vitam amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt, in concauis urit? Quemadmodum verò sub benefico radiorum influxu ob inferiorem naturam resultat alicui malum, non vniuerso: sic sub stellarum viribus natura bonis atque sub numinum muneribus optimis, potest interdum inferioris vel naturae, vel consuetudinis vitio, vitium vel corporis, vel animi suboriri. Nihil verò vniuerso vitium aut malum: quemadmodum in concentu secunda vel septima uox: quae seorsum audita dissonat, interim coniuncta ceteris consonat vniuerso. Solent verò Platonicis infimos demones malos aliquando nuncupare, quonia ad infimum generationis & sensibile bonum suo quodam, ut aiunt, officio nos alliciant. diuertere autem a summo bono ad minimum, comparatione summi mali iure censetur. Misum facio in praesenti quod aiunt supremos demones ad contemplationis, medios ad actionis, infimos ad concupiscentiae bonum ducere: quodue his omnibus & viti possumus, & abuti: & vitibus quidem bona contingunt, abutentibus verò mala. Appellat verò Plato demones & deos indigenas patriae, non quia inde genti, sed quia ciues inde genitos peculiari quaedam cura custodiunt. Dicit praeterea beatam ciuitatem a dijs decorumque filijs coli: intelligens partim quidem caelestem Hierusalem, ab angelis purisque animis habitatam: partim quoque felicem illorum vitam, quos in Phedone inquit editissimas terrae partes incolere numinum familiaritate beatos. Descendit post haec in sexto ad magistratus constitutos, scilicet quot esse oporteat, et quo pacto creari, quidue magistratus cuiusque sit officium. Inquit autem diligentiam in his creandis tantum esse momenti, ut vel bonarum constitutio legum absque magistratibus

De mensura
supellecti-
lium.